99

inmolitt in bonis Srzednica Starkowięta sitt sibi recognoscenti per Nlem Laurentium olim Christophori Srzedniki de Gieraltij et Srzednica haeredem in duodecem sexagenis poll. coram actis hisce feria Secunda post Dominicam Jubilate Anno Millmo Sexcentesimo Trigesimo Primo inscriptam Cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata Intromissione evictione possessione evictione ac ligamentis in originali inscriptione contentis accepta sua sufficienti satisfactione demittit. Omne et integrum ius suum sibi ad Commissa serviens in personam ipsi et Successorum eius transfert et transfundit. Introm illi iam ex nunc cum pacifica possessione per Nlem et Nles duos officii acceptandam dat et admittit.

Godlewska — Quietatio.

Coram offio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceii ptr Comparens Nobilis Martinus olim Mathiae Radziszewski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nlem Zophiam filiam olim Andreae Radziszewski Consortem Nlis Stanislai Godlewski de Summa bonorum in haereditate Radziszewo antiqua sitt inscripta per Nlem Andream olim Stanislai Radziszewski Nli Alberto olim Gregorij Radziszewsky in septem florenis poll. inscripta tandem sibi recognoscenti per Successores eiusd. Alberti demissa quantum pro interesse ipsi Zophiae spectat quietat Inscriptionem super medietatem Summae Trium floren et gross. quindecem poll. servien Cassat et de medietate bonorum cedit.

Trzesczkowski — Debitum

Coram offio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceii ptr Comparens Nobilis Stanislaus olim Alberti Trzesckowski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nli Sebastiano olim Mathiae Trzesckowski et ipsi posteris Summam Quindecem floren poll. Certi et liquidi debiti tenere ac debere Et pro festo Sancti Michaelis Archangeli proxime futuro parata pecunia dare et persolvere se de omnibus bonis cum posteris suis submittit et inscribit sub Vadio simili aliorum Quindecem floren poll. in defectu solutionis pro ipso Creditore ad solvendum succumbendo. Et Coram offio praesenti Castren Bransceii personaliter

respondendo Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure Concessibilibus se et suos successores Dti absribendo.

Gawinij Topczewo Donatio.

Coram offo et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ pti Comparens Nobilis Melchior olim Stanislai Gawin de Gawiny Topczewo his Sanus mente et corpore exis palam ac libere recognovit. Quia Nobili Sebastiano olim Mathiae Trzeszkowski et ipsius posteris Totam et integram sortem suam haereditariam paternam quaesitam se post parentem suum spectan in bonis Gawiny Topczewo sito in areis hortis agris pratis Campis sylvis Cumq[ue] Omnibus et singulis utilibus fructibus proventibus attinen et pertinen ac Omni iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo huic nil pro se nec suis successoribus reservando seu excipiendo dedit donavit ac perpetue et in aevum dedit donavit resignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum possessione pacifica per Nlem et Ntes ducis acceptan dat et admittit. Submitten se cum suis posteris memoratum donatorium et eius posteros racione Praemissorum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum praesertim a Conte sua et omnibus suis per et ultra omnes Processiones Tres tueri defendere evincere solusq[ue] per se et per submissas personas non inquietare Sub Tannis Tribus simplis taxatis Et Coram offo pntit Castren Capitan Bransceñ in primo Actionis Termino peremptorie respondere Omnibus Controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus simplicibus et iuratorijs dilationibus Motionibus Appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus Praemissa evadere videndo immo his Oti et alijs cunctis in Universum iuris remedijs et defensis legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure Concessibilibus se et suos successores Dti absribendo. Sub amissione sua totius et integrae Causae.

Gawin Cessio.

Coram offo et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ pti Comparens Nobilis Sebastianus olim Mathiae Trzeszkowski Sanus mente et Corpore exis palam ac libere recognovit. Quia Nli Melchiori olim Stanislai Gawin et ipsius posteris de omni et integro iure suo seu inscriptione certa sibi servienti per Nlem Andream olim Stanij Kaczmier super Summam Quadraginta